





*Publ. n. 27<sup>a</sup>*  
*1778, 7 16*

3

DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**FORO CONTRACTVS**

---

CONSENTIENTE

ILLVSTRI ICTORVM ORDINE  
GOETTINGENSI

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE OBTINENDIS

PROPOSITA

AB

**HENRICO AVGVSTO KNEISEN**

CAPIT. BARDOV. CANONICO.

---

GOETTINGAE,

Litteris JOHANN. CHRISTIAN. DIETERICH, ACAD. TYPOGR.

1779.



DISSESTITIO INAGARII

de

# FORO CONTRACTUS

ILLUSTRATI ETOLYAN ORDINIS

COETTIGENRI

SUMMUM TUTTODA LATER HONORIUM

# HENRICO AVASTO KURSSEI

CLOTTUS

ACQUITTAZIONE MATERIALE MATERIALE MATERIALE

10571

HOC QVALECVMQVE RVRVM SATORVM  
INClyTAE  
CIVITATIS LVNAEBVRGENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO  
VIRIS  
MAGNIFICIS, GENEROSISSIMIS, CONSVLTISSIMIS,  
PRVDENTISSLIMIS, GRAVISSIMIS, AMPLISSIMIS  
CONSVLIBVS,  
SYNDICIS,  
SENATORIBVS,

FAVTORIBVS AC PATRONIS

SVMMA REVERENTIA

COLENDIS

HOC QVALE CVNQVE STVDIORVM SVORVM

S P E C I M E N ,

P E R P E T V A M F E L I C I T A T E M

E T

F A V S T I S S I M O S C O N S I L I O R V M S A P I E N T V M S V C C E S S V S

P I E A P P R E C A N S , G H I N S C O M P A P T I S S I M I S

B R A D E N T A C U M I S G R A V A T I M I S T E M I S S I M I S

D E V O T A M E N T E

O F F E R T

L A V A T O R I B A S V G P A T R O N I A

A I T T I C H A M A N N A

H E N R I C V S A V G V S T V S K N E I S E N .

CONSPECTVS

# CONSPECTVS

## Proemium.

## Caput Primum. Principia generalia de foro et competencia.

- §. 1. Fori significatus.
- §. 2. Eius Diuisiones.
- §. 3. Notio competentiae.
- §. 4. Fundamentum eius.
- §. 5. Competantia fori ratione subiecti et obiecti.
- §. 6. Dubia contra regulam: quod actor sequatur forum rei.
- §. 7. Diuisio in forum commune et priuilegiatum.
- §. 8. Diferentia inter forum priuilegiatum et iurisdictionem priuilegatam.
- §. 9. Forum commune generale.
- §. 10. Forum commune speciale.
- §. II. Connexio cum capite sequenti.

## Caput Secundum. De natura et indele fori contractus.

- §. 1. Ordo huius capituli.
- §. 2. Notio fori contractus.
- §. 3. Fundamentum et ratio eius.
- §. 4. Non requiritur verus contractus.
- §. 5. De loco vbi contractus perfectus.
- §. 6. De loco vbi solutio est facienda,

X 3

§. 7.

C O N S P E C T U S .

- §. 7. De contractu per conditionem aut diem restricto.  
§. 8. De contractu cuius obiectum, res illicita.  
§. 9. Quid obtineat, si in uno loco contractus initus in altero est confirmatus.  
§. 10. Nil requiritur praeter perfectionem contractus.  
§. 11. Nec rei praesentia, in foro contractus, necessaria est, secundum ius romanum.  
§. 12. Absentis contractus, et si bona ibi non habeat, est fundatum huius fori.  
§. 13. Mutatio iuris canonici.  
§. 14. Quando heredes, subsint foro ex contractu defuncti fundato?

*Caput Tertium. De caussis in forum contractus deducendis.*

- §. 1. Forum contractus est speciale, quoad obiectum.  
§. 2. Fundatur in caussis, quae ex contractu veniunt et  
§. 3. vbi ex verbis eius agi potest,  
§. 4. licet actio tendat ad contractum dissoluendum,  
§. 5. Erronea quorundam opinio eiusque argumenta quae  
§. 6. exentiuntur et resoluuntur.  
§. 7. De renunciatione huius fori.  
§. 8. Non impeditur per priuilegium de non evocando.

PRO-

qui audierat hisce curia litterarum publicarum  
negotiorum et consuetudinum

obligatae iurisprudentiae et iuris publici  
et iuris privati et iuris ecclesiastici  
et iuris publici et iuris privati et iuris ecclesiastici  
**PROOEMIUM.**

Cum leges Illustris ordinis ad specimen inauguraile edendam  
dum me addtringerent, inter diuersa iuris ciuilis  
capita, hoc praecipue placuit, quod fori competentis proponit  
regulas atque fundamenta. Ex hac amplissima doctrina, spe-  
ciale argumentum de foro contractus, mihi sumsi elaboran-  
dum, cum viderem totius thematis accuratam discussionem,  
fines dissertationis longe excessuram. Non quidem desunt  
Ictorum super eodem doctae commentationes, sed ratus, ul-  
teriore disquisitionem, repetitaque studia sine ullius iniuria,  
sineque alicuius adhiberi offensione, nihilominus periculum  
ipse facere sum conatus.

In qua elaboratione, summam dedi operam, ut argu-  
menta mea, neglectis aliorum inadequatis principiis, quan-  
tum

PRO O E M I V M .

tum quidem sufficit curta litteraria supellex, ex legibus ea-  
rumque componerem analogia.

Caeterum iuuenilibus viribus equidem non ita confido,  
ut mihi persuadeam, nulla vel pauca in hac dissertatione  
correctioni et emendationi fore obnoxia, meque noua plane  
et nullo dicta ore protulisse; sed aequos compello atque im-  
ploro iudices, ut indulgenti animo, non autem feuero ar-  
tis peritorum iudicio, examinare velint sequentes paginas, quas  
non animo docendi doctos, sed tamquam primitias studiorum  
proposui.

CA-

# CAPVT PRIMVM.

## PRINCIPIA GENERALIA DE FORI COMPETENTIA.

### §. I.

**D**e fori competentia generatim acturus, a) intelligo sub ea voce locum *vbi ius redditur a iudice seu quod idem est, ubi exercetur iurisdictio*. Alii cum hac definitione coniungunt potestatem, *de re obueniente iudicandi*, quae vel ideo ex definitione exulare debet, cum alias *forum competens* non autem in *sensu generali* illud describeretur. In vernacula audit: *Gerichtsstand, Gericht.* b)

### §. II.

Tot itaque dantur fori species, quot ponuntur obiecta, quae in illud deduci, et circa quae ius reddi potest. Sic nota est diuisio in forum ecclesiasticum, seculare, feudale etc. Nec idea negotii voluntarii aut contentiosi ingreditur notionem fori, cum eodem modo

quoad

a) Merito abstinendum mihi putavi, ab etymologia vocabuli *fōri*, quod quidam a ferendo, a fando, alii a Foronaeo, Achinorum rege, qui Graecis primus leges dedisse fertur, derivare volunt. vid. cap. 10. X. de Verb. sig. STARCKMANN *de foro competente* thes. 2.

b) Praeter hunc significatum, alii dantur non iuridici, e. c. locus in quo exhibentur spectacula; in quem merces deferuntur, ut ibi vendi possint etc. de quibus STARCKMANN l. c. §. 2.

A

quoad voluntarium actum ius reddi possit, quo in litigiosis id fieri adsolet; haec ex ratione, a modo quo ius redditur, forum abit in *contentiosum et voluntarium.*

## §. III.

Ad essentiam itaque fori pertinent, et locus et iurisdictio; cum autem multum absit, ut omne negotium indistincte in illud deduci possit, praeterea consideranda, est eius competentia; haec est *iurisdictio seu facultas, ius dicendi in casu obuio.* Cum porro forum competens non possit cogitari, nisi posita iudicis persona, idea competitiae, ad eum quoque applicatur, et tunc competens iudex est, qui exercitum iurisdictionis in casu obuio habet. Ex his simul apparet, sedulo separandam esse notionem *iurisdictionis et competitiae.* Nam fieri potest, ut index licet iurisdictione praeditus, tamen deslitigatur eius exercitio, in casu obuio. *c)*

## §. IV.

Competentia semper speciali fundamento nitatur necesse est. Hoc positum vel in obiecto iurisdictionis, id est, in causa ipsa eiusque natura, vel in subiecto contra quod actio instituitur; sic tamen ut unicum adesse sufficiat, nec requiratur vtriusque cumulata praesentia, modo iudex in casu obuio, specie eius iurisdictionis non sit destitutus. Sic verum quidem est, iudicem ciuilem non posse instituere criminale iudicium contra hominem alias iurisdictionem suam agnoscen-

*c)* Minus accurate rem proponere videtur STARCKMANN de foro competente §. 7. dum forum competens nominat locum publicum in quo ius redditur, litteresque et iudicariae controversiae exercentur. Quis enim non videt, haec omnia et coram incompetente iudice fieri posse?

scentem; ratio autem huius principii non est necessitas cumulati fundamenti, sed potius absentia eius speciei iurisdictionis de qua quaeritur.

## §. V.

Haec itaque constitui potest regula; sola rei qualitas inspicienda, si de competentia ratione obiecti sermo est; solaque personae, non et rei qualitas, vbi competentia ratione subiecti consideratur.

Quia cum regula hoc casu et altera coniungenda, nempe: ex personis litigantibus spectatur tantummodo reus; sic ut ratione subiecti is iudex competens sit, cui in reum vel ordinario modo vel ex speciali fundamento, competit iurisdictio.

Apprime haec conueniunt tam legibus expressis *L. fin. Cod. Vbi in rem alio. L. 1. 2. et 5. C. de iurisdictione omnium iudiciorum. 8. X. de foro comp.* quam naturae huius negotii. Actoris enim intentio nulla alia est, quam ut reus ad aliquid faciendum vel omittendum cum effectu adigatur; quod aliter fieri non potest nisi seruata regula: actor sequitur forum rei; tunc demum iudex cui reus parere debet, iussus efficaces reddere potest,

## §. VI.

Adducuntur subinde a doctoribus huius regulae, quae mihi nunquam non vera indubitateque videtur, exceptiones nunc examinande. Sic 1) statuunt in iudiciis prouocatoriis, actorem sequi proprium forum, non autem id quod reus habeat. Sed rei cienda haec exceptio. Qui enim alterum protuocat, neutquam instituit actionem, sed praeparatorio vititur remedio, alterumque ad agendum contra se

mediante iudicis auxilio vult, necesse potius erit secundum nostram regulam, vt proponatur remedium prouocatorum, in prouocantis, vt rei, proprio iudicio. 2) Deinde afferunt forum rei tunc negligi, vbi cauſa vel ob qualitatem eius vel ob priuilegium ad certum, assignatumque forum sit ableganda. Sed dupli modo responderi potest, ad hocce dubium. Primo enim dici potest; neutquam hic adesse forum rei sed cauſae. Tunc autem tantum abest, vt in hoc casu exceptio regulae cogitari possit, vt potius nec ipsi regulae locus esse possit. Exceptio enim iam applicatam praesupponit regulam, quod hic ob naturam cauſae fieri non potuit. Quodsi autem forum cauſae statuere nolis, et alio modo remoueri poterit dubium illud. Nam si e. c. clericus in cauſa feudalī est conueniens, forum ipsius omnino est curia feudalis, non consistorium, licet ordinarium iudicium. Sed nihilominus actor forum eius sequetur, quia clericus in cauſis feudalibus non agnoscit forum nisi curiam feudalem. *d)*

### §. VII.

A iudicis competentia omnis dependet validitas negotii iudicialeſter tractati. Summo itaque studio fundamentum eius inuestigandum, vnde de ipsa competentia iustum ferri potest iudicium. Hoc praeſebt vel ius commune, vel privilegium, seu ius singulare, quo per modum exceptionis alicui est indultum; vnde oritur summa in *forum commune et priuileiatum diuīſio*.

### §. VIII.

*d)* Has aliasque minoris momenti exceptiones defensas vide sis apud VAN DIEST l. c. theſ. 5. et 6.

## §. VIII.

Vnicum ergo fundamentum fori priuilegiati est priuilegium seu ius singulare contra iuris tenorem indultum; hoc autem vel personae datum vel ratione causarum competit. Illud tantum proprie loquendo constituit *forum priuilegiatum* e. c. forum clerici, ciuis academicci, militis etc. quorum intuitu hoc ipsum est institutum. Hoc e contrario si accurate distinguerendum, iurisdictionem quidem priuilegiatam, non autem forum priuilegiatum tribuere potest; hoc vel exinde apparet, quod reus ad indicem ordinarium omnino vocandus sit, vbi in alia quam exenta causa sit conueniendus.

## §. IX.

Vbi exceptiones eiusmodi exulant, locus est foro competenti juris communis quod regulam cuius vidimus exceptiones, constituit. Hoc vel ita comparatum est, vt in omnibus causis sit aequa competens, vel in singulis causis tantum iurisdictionis competat exercitium, vnde oritur idea fori *generalis* et *specialis*. Illud quis fortitur, per originem et domicilium; ex quibus fora originis, speciale et generale, nec non domicili, promanant. e)

## §. X.

*Speciale* forum, quod ratione quarundam causarum competens est, cum per ipsam rem fundatur et quidem vel per praesentiam rei in aliquo loco, vnde forum rei sitae, vel identitatem aut connexita-

A 3

tem

e) Ius germanicum praeter haec duo genera et aliud praebet fundamentum fori generalis, nempe *Landsassiatum*, qui apud Saxones aliasque populos obtinet, DE SELCHOW elementa iuris germ. §. 255.

6 CAP. I. PRINCIPIA GENER. DE FORI COMPET.

tem causae, vnde forum continentiae causarum; tum etiam per factum illius; contra quem lis intenditur, et hoc aut illicitum esse potest, vnde in illo casu forum prorogationis in hoc forum delicti cum diuersis eius oriuntur speciebus.

§. XI.

Ex hac amplissima, inque tot subdivisiones divisa materia, neglectis caeteris fori competentis speciebus, unicam elegi, forum prorogationis; sed nec hoc totum absoluere animus est. Potest enim aliquis vel expresse foro incompetenti se subiucere, vel tacite ineundo contractum. Vnde dispescitur in prorogatum in specie et forum *contractus*. Illud in praesenti haud tractaturus, de hoc tantum differre conabor, et sic praemissis hisce generalibus, de natura et indeole fori contractus agam in sequenti capite.

---

CA-



---

CAPVT SECUNDVM.  
DE  
NATVRA ET INDOLE FORI CONTRACTVS.

---

§. I.

In definienda fori contractus indeole ius Romanum et hodiernum generatim quidem conueniunt, sic ut vtrumque illud probet, immo praescribat, sed in singulis determinandis dirigendisue requisitis tantum abest, ut pro concordantibus habenda sint, ut potius in quibusdam plane contraria doceant principia. Sigillatim ergo de singulis agendum erit; ita tamen, ut naturam fori contractus ex Quiritium legibus plane absoluam, deinde vero discrepantium iuris canonici ostendam; quibus peractis non poterit non liquido constare, quomodo Romanorum systema hodie sit applicandum.

§. II.

Primum omnium itaque exponendum est, quid sit forum contractus et quomodo illud fundetur. In genere est illud forum, *quod quis per consensum sibi constituit*. Quod ergo modis forum quis nancisci potest antea incompetens, per consensum suum, tot modis forum contractus cuius plures species, fundari potest. Sic forum prorogatum et necessarium et conuentionale, expressum et tacitum hue pertinere videtur: nec minus ad id referri poterit casus, ubi quis ad incompetentem iudicem vocatus non opponit exceptionem, aut ubi in-

ter-

terueniens iudicem adnoscit, quem antea non habuit. In omnibus enim casibus relatis, per consensum, eiusmodi fundatur forum quod hoc remoto pro competente haberi non potuit. f) Omnia haec praefenti scripto exponere apud animum non constitui; sed forum *contraetus speciale* illustrare, eiusque indolem pro modulo virium accuratius persequi enitar. Hoc est forum quod quis per consensum sibi constituit ineundo contractum, in foro alias incompetente. Hanc descriptiōnem, tamquam speciem sub generali comprehendendi, quilibet perspiciet, sed in eo differt, quod omnes praeter contractus celebrationem excludantur modi, per consensum forum sibi constituendi. g) In quaestione an adsit forum contractus nec ne, respicitur vnicē ad contractam intra fines iurisdictionis obligationem, neglectisque omnibus aliis circumstantiis cessat etiam priuilegii vis quod ratione fori reus habuit, quia dum pactum init, priuilegio renunciasse censem̄t. h)

## §. III.

Fundamentum itaque huius fori, est tacita agnitio illius iudicis intra cuius territorii fines aliquis contraxit, diiudicandumque est ex doctrinā.

f) STRVVIUS in Syntag. Inv. civ: exercit. 9. th. 38. haec omnia quidem referunt ad forum contractus, in eo tamen reprehendendus, quod nequit distinguat inter generale et speciale forum contractus, quod tamen fieri debuit, nisi diversa confundere, et obscura, obscuriora reddere malis.

g) Minus clare proponit has distinctiones BARDILI de competentia fori ratione contractus Tübinger. 1687. cap. 1. nro. 8. difficile est intellectu, quem sensum ipse attribuat, diversis illius speciebus.

h) Si in loco contractus plura adsumt forū, reus coram eo tantum conueniendus, cui tempore conventionis initiae fuerat subiectus. Exemplum habet Perilluftris DE PUFENDORF Tom. 2. obsernat. 149. quo Cellis actione depositi contraria aliquis conueniendus, lis coram magistratu urbano intentari non potuit, quia reus tempore contractus initi superioribus iudiciis subiectus fuerat.

doctrina de prorogata iurisdictione praecipue conventionali tacita. Contracta semel obligatione, hoc forum ita stabilitum, ut nemo illud subterfugere audeat, nisi ante initum contractum protestetur, et sic in tacitam non consentiat prorogationem, quod per L. 19. §. 2. ff. de iudicis, omnino fieri potest. A fundamento sedulo separanda ratio eius, ob quam leges statuerunt eiusmodi tacitam prorogationem quae in eo est sita, quod causa possit melius coram eo iudice pertractari, sub eius auspiciis est contracta. *i)*

## §. IV.

Licet Romani sedulo distinguant, contractus inter et pacta, hoc discrimen non ingredientur naturam fori nostri; sic ut forum contractus fundetur per verum et quasi contractum, nam secundum L. 20. ff. de iudicis; *Vox contractus hic nequitiam sumitur in sensu illo strictissimo, sed generaliter denotat negotium, quod per consensum vel verum vel fictum peragitur, in quo de unius alterius obligatione quaeri potest.* L. 19. §. 1. ff. de iudicis et L. 1. §. 6. ff. de conflit. pecun. Nec minus secundum mores nostros, quibus pacta vi contractuum gaudent, forum contractus aderit, vbi quis licet simplex initit pactum, dummodo actio

ex

*i)* Si quis v. c. negotia gestit aliena, conueniens est in foro gestae administrationis

*Fundamentum est tacita prorogatio quae ex susceptione negotii alieni elucer, L. 36. §. 1. ff. de iudicis; ratio vero in eo est posta, quod melius ibi de obiecto litis possit indicari l. 2. in fin. C. Vbi de ratiociniis.*

*k)* Non raro in aliis casibus haec denominandi ratio adhibetur. Sic in L. 23. ff. de Reg. Iur. inter contractus referuntur, precarium, dotis datio, tutela, negotiorum gestio, etc. quae revera, quasi contractus nomine fuissent ornanda.

*Conf. BARDILLI l. c. cap. 4. n. 4. 5. 6.*

B

ex eo possit oriri. Frequens exemplum praeberat pacium matrimoniale. *i)*

Forum contractus itaque in eo loco quis habet, *vbi conuentio perfecte contracta est.* Haec indubitate probataque norma, si ad applicationem ventum, tamen scrupulum mouere potest. Principia ergo ponenda, quorum auxilio, in singulis casibus, locus huius fori diiudicari potest. *i)* Vbi essentialia conuentionis interuenient ibi contractus pro perfecto habendus.

*ii)* Tam naturalium quam accidentalium, quae ex post in alio loco adiecta, non habetur ratio, *neq; quidquam mutare posseunt, simul ac forum in aliquo loco semel est fundatum.*

*iii)* Cum essentialia vniuersiusque contractus pro diversa natura eorum sint diuersissima, singuli singularis indoles omnino est inspicienda. *m)* Sic *in realibus* locus *vbi* praeter consensum traditio rei accessit; *in litteralibus*, locus scripturae; *in verbaibus*, *vbi* verba ore prolatas; *in consensualibus* denique, *vbi* consensus interuenit, pro foro contractus est habendus. *n)*

*o)* Si

*O* BARDILI L. C. c. 4. n. 12. ANT. HALLENHORST *Diff. Forum competens*  
*Exford. 1658.* §. 29.

*m)* Cum fructu legi potest CORN. VAN ECK (refp. CORN. V. EFFRENTEN)  
*Diff. de Foro competenti* (*Traj. ad Rhen. 1704.*) cap. 5.

*n)* Quoad formam contractus, inspicenda iuris et leges fori contractas; quoad modum procedendi, vero leges illius iudicij coram quo agitur, si forsitan hoc ab illo est diuersum. Index enim in suo iudicio obsernare debet, formam a principe sibi prescriptam. *DE PUFENDORF Tom. 4. observ. 32.*

4) Si inter absentes celebratur contractus consensualis, quod secundum L. 2. §. 1. 2. de Obligat. et Actionib. omnino fieri potest, o) tunc perfectus censetur, in loco vbi unius promissum ab altero est acceptatum.

Si vi pacti specialis ad perfectionem contractus consensualis scriptura desideratur, tunc locus scripturae quoque est legitimum iudicium, arg. L. 17. C. de fide instrumentor., induit nempe pactum in continentia adiectum, naturam negotii principalis.

5) Si contractus principalis in uno, accessorius in altero loco est initus, praesertim ille. Vi huius regulae si e. c. Sempronius Lipsiae mutuum contraxit cum Titio, deinde Hamburgi id, quod vi eius debuit, iterum promittit, seu constituit, non cugendus erit Hamburgi iudicium suscipere. p)

### §. VI.

Ab omnibus fere ICTis et haec laudatur regula: *Forum contractus est, ubi solutio facienda.* q) Prouocant ad L. 19. §. 4. ff. de iudiciis et praeципue ad verba L. 21. ff. de obligat. et actionib. ubi ICTus contraxisse, inquit, unusquisque in eo loco intelligitur, in quo ut solueret, se obligauit. Et verum est, certo respectu ibi adesse forum contractus,

B 2

mo-

o) LAVTERBACH Diff. de nuncio p. 26.

p) L. 8. ff. de iudiciis. conf. BARDILI l.c. c. 9. n. 7. et TITIVS in iure privato l. 8. cap. 11. §. 14. in fine.

q) Ex pluribus nominatis sufficiat BARDILI l.c. c. 4. n. 1. FOMANN de Foro competente, § II. STARCKMANN de foro comp. thes. 27. T. W. BOEHMER introduct. in Ins digestor. Tit. de iudiciis §. 26. n. 1. FLEISCHMANN de foro contractus in actionibus residentibus competente. §. 3.

modo sub dislinchione quadam intelligas leges adduclas. Adest in loco vbi solutio facienda, forum contractus in sensu generali, quia partes se subiiciunt iudici, cui ante promissam solutionem non suberant. Non autem adest forum contractus, in sensu speciali; nam hoc fundatur per contractum principalem, qui initus censerit nequit in loco vbi solutio, eius implementum accedit, quod semper contractum supponit antea perfectum. *r)* Nec obstant leges relatae; prima enim non affert rationem, cur quis non possit conueniri in Italia, ideoque eodem iure pro nostra adduci potest sententia. Altera, quidem dubium sed facile remouendum mouet, ob verbum *contraxisse*. Scimus enim *contractum* ad prorogationem conuentionalem etiam requiri, et nil obstat, quo minus eiusmodi contractus tubintelligatur in illa lege.

Si locum destinatae solutionis pro foro contractus habemus, exinde sequeretur, quod quis in pluribus locis habeat forum contractus; hoc autem absconum videtur, cum necesse est, ut in unico loco contractus acceperit suam firmitatem, atque perfectionem. Renuntiatum censetur foro contractus proprio, si quis locum destinatae solutionis adiecit, sic ut reus deinde ad illud vocatus, exceptionem plus petitionis possit opponere. *s)*

### S. VII.

Dicendum nunc est, de singularibus quibusdam contractuum qualitatibus, quae in fundando contractus foro, utramque faciunt paginam,

*r)* Maiori iure nominari posset, forum protogatum per expressam conventionem; quod a nostro diversum, supra probatum est. Sic rem componit etiam *HAL.* *LENHORST*, *l. c. §. 33.*

*s)* Ex his facile explicari potest *l. 3. ff. de reb. and. ind. poss.* secundum quam praeferriri potest iudicium eius loci, vbi solutio facienda est, quia per hoc, foro contractus renuntiatum censetur.

ginari, quae inter conditio et dies veniunt memoranda. <sup>f)</sup> Nullum est dubium, quin in foro contractus, tunc agi possit, ubi dies venerit, aut conditio suspensiva iam extiterit. Sed et pendente, conditione vel ante existentem diem, forum illud non erit otiosum. Quodsi enim alter inuitu altero, a conuentione quatenus et pendente conditione seruanda erat, recedere vult, in foro contractus adigendus est, ad eam seruandam; quod vel ex hac generali sequitur regula: Pendente conditione nil est innouandum. Et quamvis ex tali negotio spes tantum nascatur; tamen et producit alios effectus, quorum exempla habet L. 6. ff. ex quibus causis in poss. eat. et L. 11. pr. ff. qui pot. in pign. In resolutiva conditione res alter se habet. Per illam nempe negotium iam perfectum resolutur; quam diu ergo perfectum est, omnes producunt ordinarios effectus, et sic etiam exinde fundatur forum contractus. Simulac autem existente conditione infirmatur, cessat etiam forum contractus, cum actiones conuentionem rescindentes, nisi veniant ex verbis ipsius, ibi proponi nequeant ut infra cap. 3. patebit.

### §. VIII.

Ponamus porro obiectum contractus fuisse rem illicitam; et quae-  
ri poterit an tunc etiam adsit forum contractus. Quod equidem ne-  
gauerim. Ad fundandum enim hocce forum, requiritur vel verus  
vel quasi contractus reuera existens. Si autem res illicita est obiectum,  
nullus plane initus censerri potest, omnesque eius cessant effectus.  
Contrarium enincere student u) ex l. 46. §. 2. ff. de iure fisci, in qua  
haec referuntur verba: *Quod a praefide seu procuratore vel quolibet alio*

B 3

in

<sup>f)</sup> BARDILI l.c. cap. 4. n. 22. tangit quidem hoc thema, sed loquitur de condi-  
tionibus tantum, nec distinguit diversa earum genera.

<sup>u)</sup> BARDILI l.c. cap. 6. n. 2. 3.

in ea prouincia in qua adiunxit, sicut per suppositam personam com-  
paratum est, infirmato contractu vindicatur, et aestimatio eius fisco infra-  
tur; exinde nempe probare volunt partes puniri posse in foro contra-  
ctus; sed concedo hoc argumentum salua thesi mea; locus enim fisci  
vbi contractum super re illicita considerari potest tamquam forum de-  
licti commissi; et sub hac qualitate accipiet poenam legibus statutam.

## §. IX.

Magis dubitari potest, si contractus in altero loco initus in alte-  
ro est confirmatus, in quoniam loco quis habeat forum contractus.  
Inspicienda hic est natura confirmationis, quae est certus quo superior  
negotium inferioris aut ius ipsius approbat et corroborat. Dividitur in  
necessariam et voluntariam. Illa tendit ad supplendos defectus, quae  
negotio inesse possunt; haec ad maiorem fidem auctoritatemque nego-  
tio per se subsistenti comparandam. v) Illa cum ad essentia libet perti-  
neat, w) et contractus ante eius accessionem pro perfecto haberri ne-  
queat, in constituendo foro contractus, omnino est consideranda, sic  
vt ad sit in eo loco, quo confirmatio interuenit. Vnde est, quod ex  
emptione rerum immobilium quae secundum constitutiones plurimarum  
prouinciarum ad essentiam requirit confirmationem, x) forum contra-  
ctus fundetur, non in loco initiae conuentionis, sed confirmationis  
imperatae.

Volun-

v) Vid. I. H. BOEHMER in *Inve ecclesiast. Protest.* L. 2. Tit. 30. §. 2.w) IVST. FRIDR. RVNDE *de confirmatione casarea iuris primogeniturea.* §. 4. 5.x) DE SELCHOW elem. iur. germ. §. 551. n. 9. 10. quoad terras Brunswico lune-  
burgicas conferat. Corp. Conf. Calenberg T. 4. c. 5. n. 8. p. 52-54. et T.3. cap. 4. Sct. 17. n. 299. p. 813. Corp. Conf. Cellens. cap. 2. f. 4. n. 140.  
pag. 926.

Voluntaria e contra nil plane innouat, nec quidquam mutare potest negotii naturam y) ergo forum contractus, semper est locus initia obligationis, nunquam confirmationis.

Dictum est §. 5. cap. 2. ad forum contractus fundandum nil requiri nisi contractum perfectum; hoc secundum ius romanum generaliter verum est, sic ut nequidem rei in loco contractus desideretur praesentia. Non obscurae hanc thesin confirmare videntur L. 19. §. 1. ff. de iudicis per verba: et si ibi domiciliu non habuit, nec minus Nov. 69. c. 1. §. 1. in qua passus concernens ita habet: ibique cum conuenire, et de talibus litigare quem neque praesentem, neque in prouincia forsan propter virtutem illius aut infirmitatem suam conuenire poterat competenter. Praeter has aliasque leges et analogia eandem suadet sententiam. Non difficile enim fuisset, expresse praesentiam rei, si haec necessaria fuisset, postulare, quod nunquam tamen factum est. Temere autem ageret, qui requisita superaddiceret hunc foro, legibus non determinata, et sensum legum declarative exponendarum, nimis restringeret. Nec executio contra abseptem reum difficultates parere potest haud superandas, cum aequitas et mos ubique receptus velint, quod iudices mutuum auxilium, operasque mutuas sibi praesent in execundo L. 8. C. de episcop. audiencia anno 690. in omnibus motu libelli ac enoribus ob 12. Libr. 2. obs. 1. n. 4. generaliter assertat, nunquam locum confirmationis, quidquam mutare posse circa locum fori contractus.

a) Ex magna doctorum cohorte, pro fundanda sententia mea allegare liceat: CARO-  
LUS ETIENNE DE FORO COMPETENTE ADUENAE CONTRABENTIS. sed. 4. §. 23. STARCK-  
MANN DE FORO COMPETENTE. th. 29. HAHN AD WESENBECK. tit. de iudic.  
ff. 16. BARDILLI I.C. c. 3. §. 16. 17.

SISTINUM IN EPIPHYLLO PRO CIVICO. §. XI. IN IURIS ET AVENTIBUS.

Haec regula, sicuti defensores, ita et nostra est aduersarios, qui contrarium speciosis utique argumentis demonstrare enisi sunt; quod scilicet et secundum ius romanum, rei in foro contractus, requiretur praesentia. a) Prouocare solent ad l. 19. §. 2. ff. de iudiciis, in qua Ulpianus: *Prōinde, inquit, et si merces vendidit, certo loco vel dispositus, vel comparavit: videtur, nisi alio loci, ut defendere conuenit, ibidem se defendere.* Numquid dicimus eum qui a mercatore quid comparavit advenia, vel ei vendidit, quem sit, inde confessi prouecturum, non oportet ibi bona possidere, sed domicilium sequi eius? at si quis ab eo, qui tabernam certo loci conductam habuit, in ea causa est, ut illuc conueniat? Quod magis habet rationem. Nam ubi sic venit, ut statim discedat, quasi a viatore emitis, (vel eo, qui transvehatur) vel eo, qui παραπλεῖ, id est, praeterterritigat, emit: durissimum est, quotquot locis quis navigans vel iter faciens delatus est, tot locis se defendi. At si quo constituit, non dico, iure domicili: sed tabernulam, pergulam, horreum, armarium, officinam conductus ibique distraxit, egit, defendere se eo loco debet. Ex hisce verbis sequens struunt argumentum: Negatur in hac lege, adueniam vel eum, qui sic adeat ut statim discedat posse conueniri in loco contractus, ergo multo magis negandum, cum posse ibi conueniri, qui plane non adeat. Sed ad hanc comprehendam item, distinctione opus est. Ictus nempe in adductis verbis, non loquitur de foro contractus iam constituto, et de actione in illud deducenda, de qua materia in §. 1. eiusdem legis iam actum erat, sed pergit hac §. 2. de foro contractus constituendo, et de eo quid juris sit,

fi

DRAFT OF A SMALL ENCYCLOPEDIA OF ROMAN LAW BY ANONYMOUS XIX. CENTURY

a) Inter hos nominasse sufficiat BERLICH conclus. praticab. L. I., concl. 72. n. 69.

TO. HYBER. in Praelect. ad Digest. tit. de iudiciis. §. 55. COCCEII  
iure controv. ad tit. de iudiciis qu. 13. FLEISCHMANN l. c. §. 5. 17.

si aduena aut viator mox discessurus in loco aliquo contrahit. Hic nullum plane aderit forum contractus, quia, dum alter contrahentium fidem de pretio habet, tacite renunciasset foro contractus, et destituerit domicilium, ad solutionem censemur. Nisi forsan aduena aut viator mox discessurus in eo loco tabernam habeat, quia tunc remouetur illa praesumptio et spes adebet, eum mox reuersurum; aut nisi inter partes expressa placuerit, contractum in continentem implere. Hoc casu enim non potest statui, fidem de pretio esse habitam, vel domicilium ad solutionem faciendam, esse destinatum.

Ratio itaque legis allegatae consistit in determinandis regulis, quando contrahens nanciscatur forum contractus nec ne. b) Nullo modo autem statuitur, praesentiam rei in foro contractus esse necessariam, si de fori rite fundati exercitio, et de actione vi illius, in indicium deducenda sermo est.

### §. XII.

Cum antecedente quaestione et haec est coniuncta. An ius romanum ad conuentionem absentis in foro contractus, saltim requirat, ut bona ibi habeat? Sed cum nec hoc requisitum legibus confirmari pos-

b) ALEX. CAROCIVS de foro contractus aduenaee contrahentis (Gryphiswald. 1699.

Inadequatam rationem, cur aduena contrahens non possit conueniri in foro contractus, allegat FABER in rationaliis ad ff. ad L. 19. §. 2. de iudiciorum quia nempe viator et aduena haberentur pro absentibus, perinde ac si cum illis plane contractum non fuisset. Hac assunta ratione, idem esset an alter contrahens sciret nec ne, aduena aut viatorem mox esse prosecuturum, ad quam circumstantiam in legis decisione omnino respicitur. Specialia de foro aduenaee contrahentis, limites huius dissertationis excedunt; qui talia cupit, evol. bat CAROCIVM l.c. et BARDILI l.c. c. 5.

C

possit, merito negatiue respondendum, donec fautores contrariae sententiae assertum suum probauerint. Nec iterum l. 19. §. 2. alleg. dubium mouere potest, quod ea de foro contractus aduenae fundando loquitur. Dicitur quidem in §. 1. eiusdem legis, immisionem decerni in bona eius, qui absens se non defendit in foro contractus; sed dum de vno casu ICTus loquitur, alterum excludere noluit, quia vnius positio neutiquam est alterius exclusio.

## §. XIII.

Alia prorsus constituit ius canonicum, de cuius sanctis, cum sit hodiernum et practicum, paucis erit dicendum. Notandum est c. 1. §. 3. de foro comp. in 6. in quo Papa: *Contra hentes, inquit, vero aliarum dioecesum super contractibus initis in Rhemensi dioecesi ab iisdem, (nisi inueniantur ibidem) trahere coram se non debent innitor: licet in possessionem bonorum, quae ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciant, si eorum auctoritate citati comparere contemnant, possint missionem facere contra eos, vel si forte malitiose se ipsos occultent, ne citatio perueniat ad eosdem, decernere faciendam in possessionem bonorum, quae in alia etiam dioecesi obtinere nascentur, sed tunc loci dioecesanus ad denunciationem ipsorum faciet huiusmodi missionem.*

Omnis itaque per haec verba dubitationis materia sublata et absens contrahens non potest conueniri in foro contractus, nisi bona ibi habeat; aut nisi ad iudicem vocatus, non opponat exceptionem incompetentiae. c) Nec interest, an lis praefens agitetur super illis bonis, quae sita sunt in foro contractus, nec ne; sed iudex fori contra-

ctus

c) Vid. MEVIVS Part. I. dec. 239. n. 1. ZANGER de exceptionibus P. 2. cap. I. nro. 123. LEYSER Sp. 73. m. I. DE PUFENDORF T. 2. obr. 149.

ctus semper cognitionem sibi arrogare, executionemque in bona contumacis decernere potest. d)

Et verum est, principia iuris canonici, magis conuenire formae iudiciorum hodiernae, quam iuris romani sanctitatem; nam si absens est alter contrahentium, nec bona ibi habet, executio saltim molestias habebit. e) Eorum enim sententia, qui sibi persuadent, iudicem domicilii ad forum contractus debere remittere reum absentem, ridicula nec unquam imitanda mihi videtur; cogitare saltim debuissent, non obtinere in ciuilibus, ut in criminalibus eiusmodi reorum remissiones. f)

#### §. XIV.

Vnica restat huius capituli quaestio, an heredes quoque sint subjecti foro contractus defuncti. In hac decidenda Doctores in varias abire solent sententias. Aliis defendantibus, heredes etiam absentes atque inuitos ad forum contractus defuncti vocari posse; aliis autem distinguentibus, an iudicium a defuncto iam susceptum, nec ne; in illo casu etiam heredes non posse subterfugere eius forum rite fundatum, bene vero in hoc. g)

Prima Classis doctorum hoc praecipue urget argumentum: unitatem inter defunctum et heredem postulare, ut hic uti in iura et obli-

C 2

gatio-

d) DE PYFENDORF l.c.

e) BRUNNEMANN ad L. 19. ff. de iudiciis.

f) GVDelinus de iure nonissimo L. 4. c. 2. p. 448. MÜLLER ad STRVVIVM exercit. 9. thef. 42. lit. β.


g) Priorem defendit sententiam BARDILI l.c. cap. 5. n. 1. 2. 10. posteriorem vero GAIL Libr. I. obs. 37. n. 8. et ZOESIVS ad decretal. tit. de foro compet. nro. 26. et 27.

gationes, sic etiam, licet absens, succedat in forum defuncti. Quamvis autem vera sit argumentatio, tamen falsa est conclusio. Nam heres succedit quidem in omnia iura et obligationes defuncti, sed exinde non sequitur, eum adigi posse, si illis satisfacere non vult, in foro quod defunctus habuit. Personalia enim, quo et forum referendum in heredes non transeunt. Assumitur hoc principium in omnibus reliquis fori speciebus in quibus persona non res est fundamentum, cur ergo aliud statueremus in foro contractus? Praedicis neutiquam obstat, quod heres praesens conueniri possit in foro contractus; nam tunc est continuatio fori a defuncto rite contracti.

Posterioris sententiae fautores prouocant ad *L. 34. de iudiciis*, in qua expresse statuitur heredem posse conueniri in foro contractus, si defunctus iam suscepit iudicium; et huius sententiae et ego procedere haud dubito, ob *L. 19. pr. de iudiciis*. Heres absens ibi defendendus est, ubi defunctus debuit, et conueniendus, si ibi inueniatur, nulloque suo proprio priuilegio excusat. Hoc itaque principium stabiliendum est: Heres vel praesens est in foro contractus defuncti, et tunc semper ibi poterit conueniri; vel absens est, et videndum an iudicium cum defuncto susceptum, nec ne; in priori casu iterum continuationem huius fori effugere nequit; in posteriori inuitus ad illud trahi non potest.

---

CA-



## CAPVT TERTIVM.

### DE CAVSSIS IN FORVM CONTRACTVS DEDVCENDIS.

#### §. I.

**I**am forum contractus eiusque indolem quantum satis perspeximus. Restat ultimum momentum, quod in hac materia utramque facit paginam; quaenam nempe caussae secundum iuris principia in illud possint deduci. Certum est enim, non omnes sed determinati generilites hic agitari posse, unde necesse est has ipsas ex legibus accuratius perserutari. Refertur forum contractus inter specialia; quod et verum, si ad obiectum respicitur; simul et generale posset nominari a subiecto, cum ad unum omnes contrahentes illud agnosere teneantur.

#### §. II.

In definiendis caussis, quae obiectum constitunnt nostri fori, h) statim sequens regula liquidissime appetet: *forum contractus competens est quoad lites cum contractu illud fundante connexas.* Hanc enim si negligeres regulam, valde timeo, ne utrumque et fundamentum et rationem huius fori, quorum illud in tacito partium consensu, haec

C 3

h) Totam hanc materiam ex instituto absoluit, subinde citatus i. H. FLEISCHMANN de *foro contractus in actionibus contractus rescindentibus competente.* Gießae, 1751. qui vero ut rubrum Dissertationis indicat, non semper meae faveat sententiae,

in facilitiori cognitione posita est, frustra quaereres. Sic facile constabit, Caium Lipsiae mutuum ineuntem, non posse ibidem ob aliam caussam, quae cum mutuo nullum habet nexum, conueniri.

*DE CAVSSIS IN FORO CONTRACTU*  
§. III. *DE CAVSIS IN FORO CONTRACTU*

Prior regula, quam vera, tam insufficiens est, nisi cum hac iungatur: *Ad fundationem huius fori ex contractu verbis agatur necesse est.* Nam si ultra contractus verba quid intenditur, semper deest alterius partis tacitus in illud forum consensus, qui tanquam fundamen-tum semper adesse debuit. Sic contra eum qui Hannouerae cum minore contraxit, restitutio in integrum ibi peti nequit, nisi alias iudicio hannouerano contrahens subiectus sit, *L. 2, C. ubi et apud quem.* Restitutio enim in integrum licet cum contractu sit connexa, nulla tamen ratione ex verbis contractus, contra quem petitur, deduci potest; quippe de qua tempore contractus initi ne quidem cogitatum est; multo minus itaque partes in hunc casum consentire potuerunt.

§. IV.

Est notissima actionum ex contractu descendentium diuisio, in has quae ad implementum illius diriguntur, et eas quae ad contractum dissoluendum tendunt. Evidem haud dubitauerim, utrique speciei concedere locum in foro contractus, dummodo ex verbis ipsius sequantur. Et expressa legum sanctio et indubitate iuris analogia, ad defensionem huius generaliter conceptae theses me promouent; quamvis non ignoro, adesse Doctores, qui exceptionem admittunt

do-

docentque in negotiis contractuum rescindentibus. <sup>i)</sup> Quod primo attinet analogiam cur contrarium statuendum non video; cum partes sine omni dubio et tunc consentiant in forum illud, cum dissolutio inter eas est convulta determinataque.

Deinde audiamus Vlpianum in L. 19. §. 1. ff. de iudiciis in qua ad fundandum forum nostrum, eiusmodi requiritur negotium unde oritur obligatio; obiecti autem et qualitatis huius obligationis, nullam facit mentionem. Nonne prono aluco exinde sequitur, etiam causas contractum dissoluentes posse proponi in foro contractus, modo contra-hentes, quoad dissolutionem suscepint obligationem? <sup>k)</sup> His praemissis principiis in forum contractus deduci possunt: utrōq; omni sīdū is

- 1) omnes implementum contractus concernentes causas.
- 2) actiones ex lege commissoria venientes.
- 3) Si negotio pacta resolutiva sunt adiecta, quo et referendum pactum displicentiae (conf. §. 7, cap. 2.)

4) Si secundum L. 58. ff. de paciis post contractum iam perfectum de eius distractione in eodem loco conuentum.

Ex iisdem vero rationibus non possunt ibidem agitari.

- 1) actiones ex l. 2. C. de Rescind. Emt. Vend. 1)
- 2) actio.

<sup>i)</sup> Ad questionem, an in foro contractus proponi possit causa negotium dissoluens, non pertinet disquisitio, an exceptio ad dissolendum ibi possit virgeri. Excepio enim semper ibi opponenda, ubi actio instituenda erat, quod et his concedunt, qui negant ysum fori contractus in causis dissoluentibus.

<sup>k)</sup> Conf. STRAVCHII exercitat. VI. ad L. decisiones (Giesseae, 1676.) pag. 92. seq.

<sup>h)</sup> Nisi forsitan in quantum alternative agatur, vel ad contractus implementum et latronem resarcendam. BRUNNEMANN ad L. 2. C. de Rescind. Emt. Vend.

- 2) *actiones redhibitoriae.*  
 3) *restitutiones in integrum, contra iam perfectum contradictum.* m)

## §. V.

Hactenus regulas proponere conatus sum, ex quibus in singulo casu dijudicari potest, an actio in actio in foro contractus instituenda sit, nec ne? Quamvis hae, legibus earumque analogiae conuenientes mihi videantur, sunt tamen alii, quis sois ducti rationibus, aliquantulum a me abeunt; quorum sententia paucis nunc examinanda, et dubia inde oriunda, quantum fieri potest, sunt refellenda. Silencio praetermittere possum, eorum opinionem, qui plane negant usum fori contractus in negotiis contractuum rescindentibus: veritas enim illic tam clare contraria, neminem fugere potest, qui leuiter argumenta huius rei ponderare non designatur.

Sunt autem et alii, qui sine villa restrictione contendunt, omnia plane remedia contractum rescindentia posse proponi in foro contractus, ibique fausto peragi successu: quorum asserta sine aliquali examine mihi non videntur dimittenda. n) Hacce autem urgere solent momenta:

i) *Vlpia-*

m) Non possum additipulari BARBILI l.c. cap. 6. n. 10. qui distinguit, vtrum post contractum perfectum statim aliquid superueniat cur rescindendus sit, nec ne; in priori casu etiam in foro contractus agendum, ad eius rescissionem; in foro domicilii autem, si post longum temporis spatium, ad rescindendum ageatur regulam, semper feri in dubio haeredit, vtrum longum temporis spatium iam sit praeterlapsum nec ne.

n) Praeter FRANZKIVM in Libr. 3. resolution. praecipue hoc pertinet FLEISCHMANN l.c. §. 9. seq.

- 1) Vlpianum generaliter loqui in l.9. §. de iudicis, de omnibus negotiis obligatoriis, sic ut ullum prouersus vestigium exceptionis occurat; Itcum vero non debere distingue vbi lex nullam proponit distinctionem.
- 2) conditionem indebiti, semper eius esse conditionis, ut contractus exinde resolueretur, hanc autem in foro contractus peragi posse secundum L. 27. ff. de cond. indeb.
- 3) nec minus ibidem vrgeri posse exceptionem non numeratae pecuniae, et
- 4) rescissionem ob enormem laesione.
- 5) actionemque redhibitoriam.
- 6) idem juris esse in distractu, quod in contractu constitudo juris fuisse.
- 7) nec restitutions in integrum posse excludi. In tit. Cod. vbi et apud quem etc. numquam fuisse dubitatum de fori competentia; sed hunc potius tractari casum; an extraordinaria cognitio coram principe petenti sit concedenda; et tunc Caesarem, ne prima instantia tollatur, rem ad iudicem domicili remississe; forum contractus ergo, de quo nequidem cogitatum, nec esse exclusum.

## §. VI.

Potest iam summo iure a me exspectari, vt quomodo dubia haec mihi obstantia resolui possint ostendam. Ad primum itaque ex Vlpiano defundum argumentum sic respondeo; neutiquam negari potest, omne negotium obligatorium esse obiectum huius fori; simul autem contendeo, quod ab omni aequo iudice mihi dandum erit, negotium

D

dis.

dissoluens, quoties non venit en verbis contractus, toties non posse dici, obligatorium. Possum itaque salua thesi mea hoc argumentum suis concedere sautoribus.

Ad secundum: Icimus conditionem indebiti fundari in quasi contractu; sed et per quasi contractum forum nostrum constitutum supra dictum est (c. 2. §. 4.) Instituitur haec in foro contractus, non exinde quod negotium antecedens resoluatur, sed quod ipsa naturaliter quasi contractus habet.

Quoad tertium: Nec exceptio non numeratae pecuniae dubium mouere potest, si principii in not. i. ad §. 4. hui cap. positum recordaris. Secundum hoc enim, exceptio qua negotium dissoluitur, semper ingreditur forum contractus.

Quartum, iterum evanescet ex not. l. §. 4. h. c. quo dictum est, de rescissione enormi agi posse in foro contractus, si tendit ad reparationem damni, salvo contractu.

Ad Quintum respondeo: esse quidem qui contendant redhibitoriam actionem institui debere in foro contractus, sed sine omni probatione; hinc non esse, cur a mea sententia per eos me deturbari patiar. o)

Sextum argumentum iterum concedere nullus dubito. Quamvis autem circa distractum negotii idem juris sit, quod in eius consilio

Periculum huins probacionis fecit FLEISCHMANN l.c. §. 20. prouocat a) ad regulas acquitatis, quia alias ob breuem praescriptionis terminum haec actio facile posset petire b) ad Saxonum speciales leges, quae ius universale constituerne nequeunt.

stitutione, obtinuit; tamen et haec regula vera erit, quod aliud forum in distraictu aliud in contrahendo legibus constitutum esse potest.

Ad *septimum* refutandum argumentum prouoco ad clarissima verba leg. 2. C. vbi et apud quem. quae inter caetera: *si de his repetendis per in integrum restitucionem, vel quocunque aliam causam putaueris agendum: eius adire te prouinciae praefidem, in qua domicilium habent, quos conuenis.* Aperte haec verba produnt mentem legislatorum. Quodsi enim FLEISCHMANNI sententia vera esset; imperatores, non praecise, *de iudice eius prouinciae enunciassent, sed generaliter rem ad iudicem ordinarium ablegassent.* p)

### §. VII.

Haec credo sufficere pro confirmanda sententia mea. Possem iam filum dissertationis hic abrumpere, nisi consecutaria quaedam hancen intacta aut nondum exhausta, ulteriore postulalarent disquisitionem. Inter quae hoc primum occurrit: *Forum contractus per renunciationem eius tolli atque mutari potest.* Congruit hoc cum analogia iuris. Renunciatio enim est legitima abdicatio iuris in favorem renunciantis introduci. Cum itaque forum contractus introductum sit in favorem contrahentium nullum dubium esse potest, eos huic renunciare posse. Nec ratio eius facilior caussae cognitio, dubium hic mouere potest; quodsi enim contrahentes sibi metipistis eam difficultatem reddere cupiunt, nemo illis hoc ius negabit, q) quod ne leges

D 2

qui

p) ERVNEMANN ad L. 2. C. vbi et apud quem, et hocce argumentum contra FLEISCHMANNUM vrget: Imperatores secundum eius sententiam nil noui statuisse, et legem nullam habere dubitandi rationem.

q) Est quidem pro foro contractus presumtio iuris, non autem iuris et de iure, ergo contrarii probationem admittit, que sit per renunciationem. CAROCIVS  
l. c. §. 23. n. 3.



quidem in dubium unquam vocarunt. L. 19. §. 2. ff. de iudicis. Sed tamen necesse est, quod ordinaria renunciationis requisita praesupponantur, quo pertinet facultas personarum, de rebus suis disponendi, certioratio iuris antecedens, et ut specialis sit ipsa renunciatio.

Cum porro omnis renunciatio mentis declarationem contineat, haec vero vel verbis vel factis concludentibus fieri possit, statim intelligitur, illam in expressam et tacitam abire: cuius tacita exemplum praebet factum, quo quis in altero loco promittit solutionem, de quo iam legimus cap. 2. §. 6. <sup>1)</sup> Neutquam vero adest tacita renunciatio, si quis foro privilegiato subfuit, tempore initii contractus, (cap. 2. §. 2.) nam vel ideo forum privilegiatum, continere nequit renunciationem fori contractus, quia illud hoc, tempore longe antecedere potest, sic ut nequidem forum contractus cogitatum, multo minus ei renunciatiam censeri possit.

### §. VIII.

Quod de genere valet, id de singulis etiam speciebus sub eo comprehensis afferere licet, nisi exceptio sua constans ratione deceri possit.

Sic ubi primitum adest, de non evocando, quo actor prohibetur in foro aliquo reum compellere; hoc tamen eo in loco cessabit, in quo contractum init, quoad illas causas, quae ut in eo foro tractari possint, sunt idoneas. Sumimus enim impe-

trans

<sup>1)</sup> Quid obtineat, si quis in pluribus locis solvere promitt docet BARDILI l.c. 6.

rans per dationem priuilegii de non euocando, noluit omnem iuriis ordinem euertere, sed magis praesumendum, cum saluo priuilegio fuisse seruatum. Deinde etiam, is qui tali priuilegio gaudet, et conuentionem absque reseruatione et renuntiatione fori contractus, init, tacite illi renunciasset, hoc conservasse censemur. 5)

Dubium querunt in legatis, qui commenuntur in loco, vbi munere suo functi sunt ex contractibus tempore legationis initis, non autem ex negotiis ante legationem eodem in loco gestis. RARDILY l.c. c. 9. Ratione horum autem, non vntur priuilegio de non euocando, sed iure renovandi domum, in quo priuilegio specialis quoad legatos later exceptio.

TANTVM.

VIRO CONSULTISSIMO

H. A. KNEISEN  
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI ET CAPIT. BARDOV. CANON.

L. H. C. ERXLEBEN,

DOCT. ET ADVOC.

*Ratio amicitiae nostrae atque singularis in Te amor meus, postulant, ut summos in utroque iure honores, nuper ob merita Tua, Tibi collatos congratularer et quam exinde percepi laetiam voluptatemque, publice indicarem.*

*Ex eo statim tempore, quo idem studiorum genus, idemque amor mutuus nos coniunxit, laetum tuli omen Te futurum aliquando, iustitiae dignissimum sacerdotem, patriae decus atque ornamentum. Iam omnibus patet, hoc ipsum adesse temporis exoptatissimum momentum. Iam superat ingenii excellentia atque doctrinae splendor, spem quam omnes dudum de Te animo conceperant.*

*Haec*

*Haec considerans non possum non, maiora Tibi augurari  
virtutis doctrinaeque praemia; quae si meritis Tuis et votis respon-  
dent meis, sane erunt maxima.*

*Si omnigenam salutem, prosperosque conatus et faustos Tibi  
apprecor successus, ex intimo corde haec omnia proferri, credas.  
Tuo fauore; Tua amicitia in posterum quoque ut me dignum ha-  
bere velis, summopere a Te contendo. Vale mihi que faue.*

*Goettingae, d. XX. Octobr. cīo Iō CCLXXVIII.*

---

2  
Erlungen ist. Er meint, dass man sich von den Menschen nicht  
sehr viel ausmachen darf, wenn sie einen so ungern haben möchten.  
Er kann es nicht verstehen, warum manche Leute sehr  
gerne andere Leute haben wollen.

Erst während er darüber nachgedacht, kommt ein alter Mann in den Raum.  
Der alte Mann ist sehr klein und schief gebaut. Er hat eine  
große Narbe auf der Stirn und eine schwere Brille auf dem Gesicht.  
Er lächelt und sagt: „Sie sind ein interessanter Mensch, junger Herr.“

„Danke“, sagt der Junge.

P. 44

**ULB Halle**  
004 588 452

3



nur 1 Stück f



B.I.G.

Farbkarte #13



*Publ. 10. n. 27. a*  
1778, 7 16

DISSERTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**FORO CONTRACTVS**

CONSENTIENTE

ILLVSTRI ICTORVM ORDINE  
GOETTINGENSI

PRO

S V M M I S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R I B V S

RITE OBTINENDIS

PROPOSITA

AB

**HENRICO AVGUSTO KNEISEN**

CAPIT. BARDOV. CANONICO.

GOETTINGAE,

Litteris JOHANN. CHRISTIAN. DIETERICH, ACAD. TYPOGR.

1779.

